[illegible] Capitaneus [illegible] ad respondendum
Spectat mediante semper in primo [illegible] termino tanquam peremptorio stare
vienj parere respondere vadium prosolutum luere rescriptioni praesenti satisfacere ac
omne adiudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eandem omni
inscribit et obligat Eundem terminum primum peremptorium et alios omnes exinde
consequentes Causa eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro
maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio mi-
litari ad munimenta Castri Eundem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus
impedimentis non differendo Ad quietationem vltra proximos terminos officii prae-
fati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullitatem motiones
appellationes protestationes et earum prosequutiones faciendo Ac praemissa
omnia poenis simplicibus vel replicatis evasionibus suspensionibus feudalis
Iuris praescriptione Terrestri bello Conventione et alijs quibusuis Iuris reme-
dijs et facti defensis non euadendo nec modo quovis subterfugiendo Ipse sua
praesenti personali recognitione ad praemissa mediante.

Actum in Castro Praemislien:
22/v 1656 si Feria Secunda post Domi:
nicam Rogationum proxima
Anno Domini Millesimo Sexcen:
tesimo Quinquagesimo Sexto.
Ossolinski Tutores Liberis

Suis

Suis Inscribit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premislien[sibus] Magnificus Nicolaus de Tęczyn Ossolinski Capitaneus Neofori[en] sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competen[tibus] recedendo Praesenti vero Castren[si] Capitan[eali] Pre[mislien]si Jurisdictioni se cum [illegible] terris ac quibuscunque omnibus quantum ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse consulendo integritati liberorum infrascriptorum suorum removendo vero Generosum Georgium de eadem Tęczyn Ossolinski Capitaneum Petricovien[sem] filium suum natu maiorem aliosque quosvis proximiores consanguineos a dispositione et tutoria eorundem infrascriptorum secundi matrimonii liberorum atque bonorum suorum Generosis Stanislao filio et Catherinae filiae liberis et bonis morte sua derelinquen[dis] suis cum Magnifica Catherina Starotzska secundi voti consorte sua procreatis et iis post fa[ta] superveniente gratia Divina procreandis Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Andream Trzebicki Vicecancellarium Regni Episcopum Premislien[sem] Abbatem Czer[w]inen[sem] Praepositum Plocen[sem] Perillustrem et Admodum Reverendum Fridericum Alembek Officialem et Canonicum Premislien[sem] tum Illustrem et Magnificum Alexandrum a Koniecpole Koniecpolski Vexilliferum Regni atque Magnificum et Generosum Franciscum Dubrawski Succamerarium Martinum de Kedzielsko Madalinski Capitaneum Premislien[sem] in legitimos tutores et dispositores supra scriptorum liberorum et bonorum suorum quorumcunque omnium eligit ordinat inscribit et assignat Dans et concedens eisdem suprascriptis tutoribus per praesen[tem] inscriptionem plenariam et absolutam potestatem et omnimodam potestatem bona quaelibet omnia tum facultates morte sua recognoscen[tis] derelinquen[das] administrandi disponendi ordinandi et omni modo meliori gubernandi atque ad fruges et commodum debitum deducendi liberos vero suos praedictos bonis moribus iuxta ritum Ecclesiae Romanae fideique Catholicae educandi instituendi imbuendi informandi

et dirigendi filiam in matrimonium elocandi seu ad claustrum quod libito prout ratio status et opinionis poposcerit inducendi et exdotandi et pro officio suo sibi ex iure publico imposito in toto satisfaciendi Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa mediante salua eiusdem tutoriae cassatione annihilatione et revocatione sibi recognoscenti plene in robore reservata.

Idem Testamentum Approbat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premisliensibus Magnificus Nicolaus de Tęczyn Ossolinski Capitaneus Leoviensis sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iudiciis Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competenti recedendo ad praesentem vero Castren. Capitan. Premisliensem Iurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Dispositionem seu testamentum ultimae voluntatis suae in scripto conceptum per se recognoscentem ratione certarum rerum et conditionum in eodem testamento expressarum conscriptum manu sui recognoscentis et certarum personarum testium subscriptum In omnibus conditionibus punctis clausulis articulis nexibus ligamentis generaliter universis approbat confirmat et roborat Inscribendo et obligando Successores suos eorumque posteros sibi et super bonis suis generaliter omnibus mobilibus immobilibus summisque quibusuis pecuniariis habitis et habendis quo ad satisfactionem et completionem eiusdem testamenti conditionumque ibidem contentarum tam in toto quam in parte toties quoties opus opus fuerit [illegible] [illegible] simpliciter absque quouis corporali iuramento taxandis et edicendis quo ad interesse cuiuslibet ius et interesse ad contenta eiusdem testamenti habentis ad soluendum succumbendis Pro quibus quidem damnis interessibus simpliciter absque corporali iuramento taxandis et edicendis ac si aliqua principali ex praemissis non complete compleat statutus quilibet ex interesse suis contentis testamenti eiusdem contravenientis aut successores illius ad instantiam itidem

cuiuslibet